CONRAD-SAMVELIS SCHVRTZFLEISCH

Viri CLmi

ORIGINES POMERANICÆ

I. SCRIPTORES

QVorum Teſtimonia adferuntur, vel reſpiciunt illas regiones, quas hodie Pomerani colunt, in quantum à Vandalis, Svevis, ad Gothorum usque limites tenebantur; ubi multo apud me loco ſunt Strabo, Pomponius Mela, Plinius major, Tacitus, Ptolomæus: Vel in quantum à Venedis, Vandalorum, Svevorum, Carinorum ſucceſſoribus habitatæ ſunt, in quibus cognoſcendis excelluit induſtria Iornandis, cum quo conjungere licet Procopium, Theophylactum Simocattam. quanquam Procopius ratione eorum, quæ prodidit de Vandalis, adjungendus eſt primæ claſſi, eodemq; reſpectu Zoſimus; at quatenus memorat de Slavinis, ad alteram pertinet, accedentibus ex medio ævo aliis, quorum fides atque diligentia nulla cujusquam commendatione egent, interq; hos ſunt Adamus Bremenſis, præcipuè Helmoldus, poſt eos ex XIII. Seculo Conradus Urſpergenſis, Albertus Staden-